101

ibi sine poena, & ex ipso loco intellegit quid passurus sit; Lic& enim nec
dum suscipiat poenam capitalem, licet necdum uenerit dies iudi
cii, tamen de carcere de tenebris, de squalore, de fame, de stridori
bus, de catenarum, de gemitu conpeditorum, de lacrimis eorum qui
cum eo sunt intellegit in quale poena sit futurus; Si enim tanta pena
rum praemia sunt, quid futurum sit in ipsa subplicia; Si necdum ue
nit ad iudicium· & necdum poena perfecta est, & desiderat aquam fri
gidam quid in iudicio passurus est; Simulque considerandum quod
abraham apud inferos erat, necdum enim xps resurrexerat, qui
illum in paradisum duceret, Antequam xps moreretur nemo in para
disum conscenderat, nisi latro; romphea illa flammea & uertigo illa
claudebat paradisum, non poterat aliquis intrare in paradisum quae
xps cluserat, latro primus intrauit cum xpo, magnitudo enim fidei me
ruit magnitudinem fidei meruit magnitudinem praemiorum; non
enim credidit in regno uidens; xpm non illum uidit fulgentem,
non illum uidit de celo respicientem, non uidit ei ministrantes an
gelos; certe ut liber& dicam non it uidit libere ambulantem sed uidit eū
in crucem; Uidit illum bibentem acetum, uidit eum sentib; coronatū;
Uidit eum confixum ad crucem; uidit eum praecantem auxilium;
Dīs dīs meus respice in me quare me dereliquisti & sic credidit; O condicio
uariae casus hominum; apostoli secuti fuerant & fugiunt, iste in cruce
dnm confitetur; op&re O iohannis qui dixeras, & si me necesse est mo
ri numquam te negabo; promittis & non facis; ecce alius damnatur
in homicidium, quod non promiserat facit; Exclausus de loco tuo,
exclusit te latro, ipse primus ingreditur cum xpo in paradiso; Ex late
re diximus de latrone, neque enim obliti sumus propositi; proposue
ramus enim de paradiso dicere quod ante aduentum xpi nemo fuerit
in paradisum; Reuertamur ergo ad propositum latronis corona, non
nos errasse faciat sed pro noc& ad coronam; Abraham necdum erat
in paradiso quia necdum xps intrauerat cum latrone eius; uenit xps.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0207